



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Petrus M. 29. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

210 VITA SANCTORVM. 29. April.

flamnis absumperit. Non multò pōst sedecim pueros senatorum filios ad tribunal adduxit, hæsitque alienato à sensibus in Deum animo : pueri in proposito constantes extinti. Piscatores octo supra quadraginta sic amore Christianorum sacerorum accedit, ut una ad supplicium contenderint, jugulumque ferro subjecerint. PAPHNVTIVS quadrifariam distractus, membraque in templi etum jactata hominibus ludibrium, pabulumque fœdis avibus futura. At disjectas corporis partes Angelus conflavit, Christusque vitalem spiritum restituit. Cujus prodigii magnitudine multi ad Ecclesiam adjuncti, fidem sanguine consignarunt. Ad extēnum, molā ad collum deligatā, in undas præcipitur PAPHNVTIVS. Sed pondere lapidis divinā manu sustentato, cū mergi volens non posset, in crucem actus eximiorum certaminum in ea arbore, quæ fortes omnes coronat, palmarum tulit. *Ex Metaphr.*

Si sapies in via, quā nūquam ambulaſti; non ipſe tibi doctoſ aut doctoſ eris, ſed aurē Magistrā inclinabis & increpatiōnibus eorum acquiesces & conſiliis; & operam ſcientiæ & lectioni dabis, ne ſerio pœnitens dicas: Cur deteſtatus ſum disciplinam?

S. PETRVS M. 29. Aprilis.

PETRVS Veronæ parentibus hæreticis ortus, ſeptimo ætatis anno duodena credendi capita in ſcholis perdidicerat, itaque fixa animo retinebat, ut nullis unquam imperiis ad eorum veritatem improbandam compelli posset. Institutionem deinceps D. Dominici per vitam ſectatus, ſpeciosum Prædicatoris nomen rebus æquavit: quippe tanto populi studio frequentiaque conciogabatur, ut

zegit

ægri per confertam multitudinem sellâ gestatus evaderet in suggestum. Dicta factis & prodigiis affirmavit, ut validissimâ persuadendi ratione. Valuit præcipue adversus devios ab Ecclesiæ fide, vim contrariam paternæ prefidiæ sortitus. Fuit, cùm à Deiparâ, quod olim à Servatore cognomini Apostolus audivit : *Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua.* Quo patrocinio constantiam tenuit usque ad sanguinis vitæque jacturam: etenim lethalibus aliquot illatis ab heretico vulnerebus, repetens Catholicæ veritatis à magistro instillatæ confessionem, unam mortem plurimis de sacrilegia scœtâ palmis repensavit, ad annum Christi M. CC. LII. Si hinc conspectus est in cœlo, Marie, cujus ope illuc enectus erat, lateri adjunctus: quodque viventi jam concesserat Deus, post fata insigni miraculorum famâ illuxit. Tantum interest à teneris cum recto verum combibisse, quibus semel imbuta mens, ut vasa recentia, odo rem primum servabit. Ex Surio.

Nulle sunt majores divitiae, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi hujus major substantia, quam nō est fides Catholica, qua peccatores homines salvati, eos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles iustificat, pœnitentes reparat, iustos augmentat, Martyres coronat. S. Aug. serm. I. de Verb. Apost.

S. HVG O ABB. 29. April.

HVGONEM Ecclesiæ Burgundia, principe natum familiâ, protulit. Hic, adversis parentibus, eo perfugit, ubi splendorem à Majoribus tractum humilis familiæ consortio celaret. Capiti divinus spiritus, columbae specie conspicuus imminere visus: unde vix ad mira perpetranda fini-
gula-